



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pudor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

talentum. Ideoque Pharaonis exercitus, utpote qui in iniquitate permansit, tanquam plumbam in imas aquas pestum iit, ibique supinus in cavo profundi alveo recubuit, ut ait Adamantius.

DE VECTE. CAP. LXIII.

Quid pondus significaret indicavimus: sed reliquum est instrumentum ponere, quo magna quantumlibet pondera facile moveantur.

ARS NATURÆ VICTRIX. CAP. LXIV.

Is vectis est, per quem, artem humana industria comparatam, quæ naturam longe vincat, indicamus, negotiave perdifficilia minimo conatu confecta. De vecte sane, deq; aliis machinis Antipho Poeta senario lo eo, quem citat Aristoteles in Mechanicis, arte nos ea superare docet, quibus rei natura ipsa repugnare videbatur. Magnas enim rerum moles loco dimovemus adacto vecte, hypomochlio, quem nostri suppressam vulgo vocant, centri loco summissio, pondera supra omnium, qui rem non inspexerunt, fidem tollimus: & eorum



qui inspexerunt, sed causam non intellexerunt, admiratione, huc illuc arbitrio nostro promovemus. Atque hoc est, quod in primis admirabile dicit Philosophus, quod quispiam pondus virium imbecillitate loco movere non potest, id ipsum facile commovere, & hac illacque ducere, adjuncto vectis pondere tam exiguo, si reliquæ molis motæ magnitudinem contempleris.

DE CLAVI. CAP. LXV.

Præstat utrumque clavis, quod & cuneus & clavus: eadem enim aperit & claudit, hoc est, ligat & solvit, & in manu Jani præcipue statuebatur.

PUDOR. CAP. LXVI.

De qua quidem multa Poetæ nostri. Sed ut signum, ubi agitur serio, prætereamus, Fabii Picioris si modo legitimum est id opusculi, interpretationem afferemus, qui Janum dicit ad pudorem & sanctimoniam, domorum primum valvas, feras & claves excogitasse, ab eoq; januas appellatas: unde claves in simulacris, in beneficii huius memoriâ gestet.



SECURITAS. CAP. LXVII.

Alii dicunt securitatis ejus signum esse, quæ passim eo regnante fuit: domos enim omnium religione ac sanctitate munitas fuisse prædicant. Alii à cludendi aperiendique anni officio, quod munus ejus esse Dei putabant, claves aditas arbitrantur: eaque de causa Clusium & Patulcium appellatum. Ad hujus instar Apollo cognomento κρυφαίος, colebatur apud Græcos, quod ineuntis & exeuntis anni arbiter haberetur. Janum vero eundem esse ac Solem, à multis ubique disputatum.

PORTUNUS. CAP. LXVIII.

Neque tamen Janus tantum cum clavibus, verum & Portunus cum clavi figurabatur in manu: nam & portarum Deus esse putabatur.

PARTUS. CAP. LXIX.

Erant etiam olim ritus, ut nuptialibus inter alia clavis quoque mulieribus traderetur. Id ajunt bono in sacris literis sæpe invenies, Vulvam aperire.

JOAN.

Janus undi.
Apollo κρυφαίος.
D. in Clavis ad linguam silentium notat.
Hinc & scybi.
Ius civitatis.
D. Clemente Strom. s. 1.
ΑΝ. Ἰανὸς καὶ μὴ γλαῦκος.
Er nostra profert lingua custodiam clavis loquens.